



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

VI. Quid de salario causæ agitatæ coram Episcopo?

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

tegram, ut & illam alii non infringant; & ipsi ejus limites non excedant. Quamquam non ignorem, Regulares non nullos privilegiis suis specialiter inseri curasse clausulam derogatoriam dictæ Constitutionis Innocentii IV. quæ propterea videri posset etiam ad alteram speciem exemptionis extendi.

CAPUT VI.

Quid de salario causæ agitatae coram Episcopo?

63. *Regularis exemptus propter continentiam & connexitatem causæ conveniri potest coram Episcopo locali.*

63. **T**Ametsi Regula sit, Reum conveniendum esse coram proprio Judice, qualis non est Episcopus respectu Regularis exempti: fieri tamen quandoque potest, ut propter connexitatem & continentiam causarum Episcopus exemptorum Judex esse possit, quemadmodum in hoc casu, ratione
Sala-

Salarii ab Advocato, in causa Regularium coram eodem Episcopo agitata legitimè deserviti: ut ab Episcopo proinde, si quod de pacto à Clientibus cum Advocatis vel procuratoribus inito vel de Salarii quanto dubium super citationes; si verò agnitâ pacti justitiæ eorundem labores judicialiter taxati fuerint, monitoria possint decerni. Quod respexit S. C. Trid. *ses. 7. ref. c. 1. & 14. ref. c. 5:*

CAPUT VII.

An Episcopus in notoriis declarare possit excommunicatum Regularem exemptum?

64. Quid & Quotuplex sit notorium?
 65. Regularis exemptus ob factum notorium ab Episcopo denunciari potest excommunicatus.
 66. Discrimen inter citationem monitoriam si sua interesse putaverit; & arctatoriam.
 67. Denuntiatio principaliter tendit in honorem gregis.
 68. Differentia inter delictum publicum & notorium.